Tuba. Festum Tubarum incidebat in kalendas Septembres. Hortatur David Levitas ad illud et alia ejus generis vite celebranda.

Testimonium. Praecipit Deus ut observaretur hoc festum in testimonium et memoriam beneficiorum Josephi posteris collatorum.

Linguam. Aegyptiacam. In cophino. In quo Hebraei cogebantur ab Aegyptiis portare saxa, latres, &c.

Invocasti. Deus populum alloquitur.

In abscondito tempestatis. In arumnis quas ne perferres ab Aegyptiis, te abscondebas.

Apud aquam Chad. Lege cap. 17. Exod. Num. 20.

Dilata os tuum. Pete beneficia qualibet, qualibet.

Pro nihilo. Nullo negotio. Fortitan utique: arto, av.

Mentiti sunt. Obssequium, fidem, &c. promittentes.

Tempus. Pena: derelictio, usque ad Orbis excidium.

Et cibavit. Et tamen illi sunt ipsi quos satiavit op-

timo pane. Manna. De petra. Apes in rupium cavernis, mella condunt.

# Psalmus LXXXI.

Deus stetit.

Deorum. Judicum, Principum.

In medio. subaudi, ipsorum.

Mouebuntur fundamenta terra. Eo quod iudices non fungantur officio suo, hinc oritur perturbatio regnorum, seditiones, &c.

Dii tui. Similem Divina auctoritatem nacti estis: sed propheta iniquitatem vestram eodem ac vile vulgus fato peribitis.

Sicut vnus de Principibus. de Angelis rebellibus.

hereditabis. Quia omnes populi, tua sunt possessio.

# Psalmus LXXXII.

Deus, quis s.t.

Ne tacas. Noli silentio praeterire, et negligere hostium tuorum ac nostrorum insolentiam, crudelitatem.

Compescaris. Nichil te prohibeat quominus ulciscaris.



Testamentum disposuerunt. fuedus percusserunt.  
Filiis Lot. Moabitibus & Ammonitis.  
Jabin. Regi Chananaeorum. Endor. Locus erat  
in tribu Manasse, in quo Jabin et Sisara perierunt  
prope fluvium Cisson.

Pone illos ut rotam. Agita et arcumage varii  
cladibus: sint instabiles, in consiliis, in captis.

Quam dilecta.

Psalmus LXXXIII.

Etenim passer. Etiam passer et nidos ponunt in  
locis templo tuo vicinis: ego ad illud accedere non  
possum: deteriore sum, quam illi, conditione.

Ascensiones. certis diebus attingit se ad supe-  
randos gradus per quos ascenditur in templum.

In loco. In locum, nempe ascendens, quem lo-  
cum posuit Deus, ut ibi sacrificaretur. Posuit  
tua lex, tuum mandatum.

Benedichoem. Deus auget bonis omnibus eos  
qui sibi obtemperabunt: evadent quohodie fortio-  
res, ditiores, sanctiores, ut in templo denique  
et civitate Sion Deum adorent, voti compotes.

Christi tui. Mei, quem regem unxisti.

Benedixisti.

Psalmus LXXXIV.

Captivitatem. In Agypto toleratam.

Vivificabis. Vultu e' tumulo excitabis.

Et super sanctos. Nempe loquetur pacem, i. filicitate.

Qui consistuntur ad eam. Qui serio et ex a'io respici-

Veruntamen. Vere, edite. { eunt

Gloria. victoria, salus, etc.

Veritas. Fidelitas in promissis, Justitia.

Et pax. Et misericordia, clementia.

Benignitatem. Gratia caelestis obedientiam

Fructum bonorum operum. Deum hominem.

Ponet. Justitia. Quae prius a terris exulabat, in iis  
laeta versabitur, et gradum figet.

Inclina

Psalmus LXXXV.

f Ancilla tua  
Matris meae, hinc  
serua, tibi devota.  
Signum. Fac ut  
aliquo signo cogno-  
scam tuum in me  
benignitatem.

Sanctus sum. Tuo diditus obsequio: vnus e' fidei

Ex inferno. Sepulcro. Sumis periculis: Inferi, { populo.

Imperium. poam, fortitudinem, victoriam. x'atos. f



# Psalmus LXXXVI. Fundamtu

Rahab. Ea vox non est famosa meretricis nomine quod scribitur per cheth, et Græce ῥαχάβ: sed est nomen regis Aegypti, et scribitur per HE ῥαάβ. Vaticinium de Eccl. x. Sub figura Sionis. Sensus est: Recedebo etiam intercivis Hierosolyma eos ex Aegyptiis, et Babyloniis, qui me noscent et tolent.

Ecce alienigena. Philistæi, qui apud LXX. sic vulgo appellantur: ἀλλόφυλοι: et Tyrus. Item Tyrii, Athiopesque venerunt et reparati sunt Hierosolymis, Deum, ut Judæi, adorantes. Ἐγεννήθησαν nunquid Sion. Περὶ Σίων λεχθήσεται. De Sione nati sunt. LXX. nati dicitur. Annon vobis hoc de illa predicabitur, Sioni. Sic Hebr. nempè quod homo, et homo, id est, multi homines, multitudo prope infinita, eam implicat: ex qua multitudine Deus sumet, sive etque in albo suo extensos principes et advenas, addetque indigenas, in ea natis, proceribus, et cum illis pariter numerabit.

Precet. Subaudi aliquis: nonne hoc vobis Sioni dicitur? In Hebr. est vox passiva dicitur.

In scripturis. Hebraice est: in scribendo vel recensendo populos. Græcè: ἐν γεαφῆ in scriptura seu catalogo populorum.

## Psalmus LXXXVII.

Inferno. morti; sepulcro.

Sacrum. Foveam sepulcri. Liber. Ab arumnis hujus vite. s. Non es memor. Ut eos in vita serves.

Traditus. Proditus: vel tot periculis ac malis deditus addictusque sum ut egredi, evadere, nequeam.

Præ inopia. Calamitate, miseria.

Facies mirabilia. eos mirum in modum tuendo, liberando. s. suscitabunt mortuos, qui te laudent.

Perditiōne. Post vitam perditam.

A miseria. A me misero.

## Psalmus LXXXVIII.

Veritatem. Fidem in servandis promissis.

Dixisti. Promisisti, decrevisti, revelasti mihi.

Deus Deus.

+ De manu tua repulsi sunt. Quibus curam et opem non affert, quam viventibus impendis.

+ In sensu tropologico per mortuos damnati, per perditionem, æterna damnatio intelligitur.

Mrdias Dni



Miserentia edificabitur. Instar aedificii fir-  
missimi perdurabit. veritas fidelitas: fidei promissio-  
rum a te mihi factorum.

Disposui &c percussi fœdus cum electis meis  
Abraham, Isaac, &c David... Confitentur caeli. O  
Deus laudent te ob tuam in me benignitatem caeli.  
Veritas tua in circuitu tuo. In oib. tuis (Angeli.  
operibus relucet. Te stipat.

Superbum. Pharaonem. Rahab. Vide Psal. 86.

Exultabunt. Amicitiae tuae tuam pulcritudinem  
praedicabunt. Tuum brachium est potentissimum.

Firmetur. Ita firmus in exequendis tuis pro-  
missis. Sedis tuae Tribunalis tui, Decretorum tu-  
orum. Illa preparantur a iustitia et misericordia.

Jubilationem. Artem laudandi Dei cum letitia.

Ambulabunt. Populus tuus.

Assumptio. Electio in populum peculiarem.

Sancti Israel Sancti Israelis. Deus vocatur Sanc-  
tus Israelis, quia nomen eius praecipue sanctum  
apud Iudaeos et cultum erat. Tunc olim

Sanctis tuis Samueli, Nathano, de me dixisti....

Posui adiutorium. Providi et paravi auxilium, adju-  
torium in viro idoneo, strenuo, potente.  
Manum ejus. Imperium, ditionem.

Primogenitum Instar primogeniti fœdus ac diligum.

Neque nocēbo. Nihil faciam contra datam ipsi  
fidem: non violabo initum fœdus.

Juravi in sancto meo. supple, nomine, per meam  
sanctitatem. Si.. mentiar. subaudi, non dicar

Perfecta luna. Plena, clariss. stabilis. } verax.  
} xi.

Testis Arcus, Iris, testis pacis et fœderis.

Sanctuarium. Hebraice, diadema: huius tanquam  
rem profanam abieceris. Firmamentum ejus. Pro-  
pugnacula civitatis. In illis trepidamus.

Archisti ad gladium Fecisti ut cum non juvaret gladius.

Ab inundatione visibil. regii et puni exuisti me.

Commutationem sortis tuis. Sortem et fortunam elata

† in tristem re-  
pentem commutationem.

† populo meo.



# Psalmus LXXXIX

Dne refug. 79

Ne avortas. Noli genus humanum ut quocumque abjicere: quippe dixisti, monuisti, ut ad penitentiam converterentur, et homines proinde salvos fieri cupis. Et vero satis illos admonet mortalitatis brevitatis, quae ut patiat mille annos, simillima tamen est unius

Custodia in nocte. Vigilia nocturna, } diei.  
horarum trium: imo res nihili. Sic mortales miserabimortalis vitae statu decidimus, te irato propter peccatum Originis nostrae, et alia propria, quae semper in conspectu tuo sunt.

Meditabuntur. Resimabuntur similes telae araneae, quae momento dirumpitur: ac si agatur de robustioribus (potentatibus) anni sunt 80.

Quoniam supervenit. Haec vita brevitatis et miseria est mansueta clemensque Dei castigatio, qua nos corripit hic, ne illic damnet. Vel, mors cito est beneficium clementiae divinae, quae nos corripit id est mature rapit, aerumnisque benignae librat.

Dextram t. O Deus fac ut homines cognoscant brachii tui, potentiae, ac irae magnitudinem: qui timor est vera hominis eruditio, et sapientia.

ut que quod. sub audi. iras dēris?

Repleti sumus. Repleamur. Hebr. Reple nos, satia nos.

Mane cito, mature, opportunē

Lactati sumus. Lactabimur. Hebr. lactifica nos.

# Psalmus XC

Qui habitat.

a Verbo aspero. Calumnia, convicio, periculo.

Ventus ejus. Fidelitas in servandis promissis. Promittit autem opem imploranti, speranti.

negotio. a fraudibus et occultis hostium cibus.

Daemone meridiano. Manifesta incursione adversarii.

Cadent. Sagittae: vel hostes tui a te prostrati: plures

a dextris, quia vis major et impetus brachii dextri.

Approquinabit. Sagitta vlla, ullus hostis, calamitas.

Altissimum τὸν ὑψιστον. Deum summum.

salutare Salutem corporis et aie. Christum.



Bonum est. Exorti fuerint. cito germinaverint: apparuerint. parumper eminere ceperint.

Tu autem. Improbi sunt infirmi et vilissimi, tu altissimus: illi aevi brevis, tu aeternus, et in aeternum felix. Sicut unicornis dixit μονοκέφατος: cuius cornu, altum, forte, salubre ac pretiosum.

Senectus mea in misericordia. nempe Dei. divinis beneficiis cumulabitur. LXX. ἐν ἐραίῳ ἰοῦνι. olio fouentur senum corpora. Itaque sensus erit. Valido etiam in summa senectute, cruda erit et viridis.

Despexit. Praeteritum pro futuro. Respiciam prostratos et humi abjectos audiet. Eorum cladem.

Multiplicabitur. Cedrus a radice quasi sua sponte crescit ac pullulat: ita facile multiplicatur.

Plantati. Diu vivent, et saepe invisent domum Domini Floribunt. Dei laudes & beneficia laeti celebrabunt in loco solito, nempe in atris templi.

Bene patientis. Εὖ ἠαθόρτες. Multis beneficiis affecti

## Psalmus XCII.

Dei Creatoris poam celebrat.

Pracinxit se. quasi ad operis magni molitionem.

Sedes solium, ex quo mortales gubernas, iudicas.

Extunc. Ab Orbe condito.

A seculo. Terra incepit quasi solium tuum ille,

Sed tu antiquior terra et tempore es.

Testimonia Ex illa tua potentia recte ducitur argumentum quo legis tuae sanctitas demonstratur et creditur.

In altis. In caelo, unde mare competat, &c.

## Psalmus XCIII.

Deus improbos ulciscitur.

Deus ultionum. Mea est ultio (inquit Deut. 32) et ego retribuam in tempore.

libere egit Palam, aperte, splendide suos inimicos ultus est: vel ulciscitur.

Deus regnavit.

Deus ultionum...



Gentes Nationes, quae ignorant Deum.

Non arguet Vos quibus nota et credita s<sup>m</sup>. Loquua D.  
Qui docet. Scientiarum omnium fons, et magister,  
Vt mitiget ei.. Ut munere tuo mitius secat aduersa..

Quoadusque... Donec iustitia Divina excedat ju-  
dicium apertum de improbis. Nunc iustitia est,  
tunc iudicium, seu iustitia iudicans actu, erit.  
Quo tempore omnes recti corde, omnes iusti, ei  
se adiungent, cum ea iudicabunt: iniusti ab ea  
repellentur, et separabuntur de medio iustorum.

Nisi quia.. Nisi deus me adjuvisset, propius nihil  
erat faciendum quam ut perirem, morerer...

Numquid.. An est iniquus, Dne, ut dura et impos-  
sibilia praecepta imponas hominibus? Nequaquam.

Qui fingis. Facis, κατασκευαζεις, fabricaris. Sedes  
Thronus An thronus tuus est iniquus, id est, tu.  
Captabunt. Instar venatorum insidiabuntur.

Ἄνευ οὐρα Psalmus XCIV. Venite....

In confessione. In epus laudibus. Festinemus  
ad eum celebrandum: alii alios praevenire labo-  
remus. Fines terrae. Hebr. Terrae penetralia

In irritatione. Exod. 17. Quando imitavit po-  
pulus Moysen, aqua deficiente, et D<sup>o</sup> populum  
suum tentante, et populo vicissim Deum ac-dicente,  
Estne in nobis Dominus, annon?

Probaverunt me. Periculum facere voluerunt  
potentia, veritatis, ac fidelitatis meae.  
Et viderunt opera mea. Vid erant nihilominus

prodigia coram illis a me patrata, ex quibus faoi-  
le poterant intelligere me stare promissis, et oia posse.  
Vias meas. Potestatem, iustitiam, mandata, Re-

si introibunt. Valet. Non introibunt, ut videtur Hi-  
ronymus. Est oratio abrupta, et aco-oratiois: Si  
introibunt, Manhar, disperam.. Non vivam. Si. Deus  
hu ad more loquitur.



# Psalmus XCV.

Cantate D.  
c. n.

Scriptus est hic Psalmus cum Arca inferretur in montem Sion, in tabernaculum a Davide erectum. I. Paral. 16. —

Novum. Excellent, rarum, ob novum officium. Salutare ejus. Salutem ab eo nobis datam, opus, &c.

Confessio. Laus, materia laudis, celebritas. In sanctificatione. Sanctuario, tabernaculo...

Patria. Tribus, familia. ai natias.

Tollite. Promite, afferte. A face ejus. In ejus conspectu, pro reverentia, &c.

Regnavit solus regnat, omnibus major est.

Conexit. Firmavit, stabilivit castitatem...

In veritate sua vero iudicio: per veram suam legem et doctrinam: iuxta sua promissa.

# Psalmus XCVI.

2  
Dnus regnavit  
&c.

Erinicion post aliquam insignem victoriam. Regnavit. Vicit, hostes prostravit. Tus.

Nubes &c. Pugnantes cingebat turbo caligine.

Correpto sedis ejus. Thronum ejus, et cum ministri ab eum iustitia et iudicium, quibus administratio, a tollitibus, et armigeris, corrigit, castigat suos hostes.

Ignis procedet. Antabant fulmina...

Omnis terra. Graeca: αυρις παύσης τns γης...

Caeli fulminibus emissis strati sunt aequitatem.

Audivit. hostes caecos, victoriam relatam...

Filia Juda τns Isdaias. civitatis Judaeae.

Confitemini memoria. Celebrate sanctam ejus memoriam.

# Psalmus XCVII.

Cantate...

Novum haud usitatum, non vulgare...

Salvavit populum suum. Sibi perse, non aliis viribus. vel, ad gloriam suam.



Notum .. Salutem nobis promissam attulit, adeo  
ut omnibus manifesta esset  
justitiam. Fidelity in servandis promissis.

Commovetur mare. Quod habet prelatitia de-  
venit judicare Aeternam.. Amicis suis premia, ini-  
micis supplicia merita rependere

Psalmus XCVIII.

Domus regn.  
iras... de...

Regnavit. Regnat, Regum rex est, quamvis irascan-  
tur populi et eius imperium excutere gestiant, et frus-  
tra moveantur, ac ringantur.

Super cherubim. Qui super Arcam Cherubinis insidet.  
Honor regis. Eius majestas regia, amat aequitatem, ut eius  
honor et dignitas postulat. Directiones leges rectissimas.

Scabellum ipsam Arcam: supra quam erat propitiato-  
rium, id est ala cherubinorum extensa, quibus volut  
insidens Deus habebat pedes Arca impositos.

Sanctum est. Graece LXX ὁ ἅγιός ἐστι. Sanctus  
est. ab eius sanctitate Arca dici quoque sancta potest.

Moyse. Recte numeratur inter sacerdotes, quia  
ante Aaronem functus est sacerdotali munere, quod  
in fratrem transtulit.

ad inventiones eorum. Explicari dupliciter potest  
vel passive pro inimicorum molitionibus in eos fabri-  
catis: sic ultus est Deus Datam, Core et Abiron con-  
pirantes contra Moysen. vel active, pro ipsorum pec-  
catis. Moyses dubitavit an aquam e petra eliceret:

Aaron vitulum aureum confluxit: Samuel indulgen-  
tior in filios fuit. I. Reg. 8. Ita tamen Deus eorum  
delicta castigavit, ut iis propitius et placatus fieret.

Psalmus C.

Mrdiam...

Cantabo tibi Laudabo te ob mrdiam tuam et  
aequitatem, quas virtutes tuas conabor imitari.

Intelligam. Attendam, inquiram, quo pacto pos-  
sim agere vitam macula expertem, et me tibi ve-  
nienti talem exhibere.

Non adhaesit. Homo pravus, non fuit numeratus in-  
ter -





terminos domesticos et familiares  
 Insatiabili corde. superbo et avaro quem opes  
 nulla, nulla dignitates satiant.

Fideles terra. Vires fidos, sinceros, veraces  
 Non direxit. viam suam: rem prospere mecum  
 non gessit. patrono me usus non est.

In matutino. statim, ante omnia, sedulo.

Dne exaudi.

## Psalmus CI.

Cremium, stramen, stipula, quae facile cremat.  
 A voce pra continuo gemitu, ad maciem redactus  
 sum, ita ut vix ossibus haererem.

Nycticorax. Corvus nocturnus, bubo, noctua.

In domicilio. in parietinis: angulo ad diem...

Laudabant me. olim, cum floererem..

Cinerem tanquam panem. Hypallage. Panem  
 tanquam cinerem, sine omni gustu, quasi cine-  
 rem manducassem..

Elevans allisisti: ut solent qui attollunt vas eo  
 altius, quo gravius confringere illud volunt.

Sicut umbra.. quae cito vanescit: in qua nihil solidi.

Memoriale tuum Memoria tui, Laus tua, majestas.

Tempus miserendi.. a te definitum..

Placuerunt.. Placuit iis eam aedificare

In gloria sua. In templo, in sacrificiis, &c

In conveniendo.. Ut laudent Deum in Hierusa-

lem, convenientibus eo populis et regibus..

Respondit ei.. Dixit Deo propheta, "sanus et va-

lens.. oro te ut indices mihi quandiu in hoc exi-

lio mansurus sum: paucos dies illos esse vitum..

at rogo ut ne tollas me de medio priusquam videam

civitatem instauratam. Satis scio vitam meam  
 esse brevissimam, ac tua aeternitati longe disti-

millem, imo caelos perituros, i. transformandos, et  
 in novum statum transiuros: nihilominus da, ut

vita π

II  
 vel captivus qui-  
 liber e populo D.

π  
 mea peshingah  
 usque ad beatum  
 illud tempus, quo  
 servi tui instaura-  
 ram Hierusalem  
 habitabunt..



## Psalmus CII.

Benedic. 85.

Quae intra me sunt. cogitationes, affectus.  
 Retribuoes officia: ut peccatorum veniam...  
 Coronat. Cingit, circumdat.  
 ut aquila. Quae mutatis pennis viliti iudicet.  
 Non.. in aethrum cominabitur. Sed paterna  
 virga castigatos recipiet in gratiam.  
 Non secundum.. aethenas panas, rep obbe poterat,  
 temporales imposuit, earque levissimas.  
 Secundum altitudinem.. Haec immensa: ita mra.  
 Figmentum. fragilitatem, vitiosum originem:  
 e luto ficti, toti lutulenti....  
 Spiritus pertransibit. Ventus afflabit illum flo-  
 rem, et marcescet. Vel, aia migrabit, tunc ho-  
 non subsistet, neque ibi manebit, ubi prius erat.  
 Iustitia illius. Veritas, fides promissorum.  
 Potentis virtute. Robore. ixyi.  
 virtutis eius. Exercitus, copia. Divaues

## Psalmus CIII.

Benedic..

.. Sicut pellem. Tentorium, tabernaculum.  
 Ascensum. Cumum. Hibr. Qui nubibus tanquam  
 cum vteris, quo pervolitas orbem...  
 Qui facis angelos.. Qui spiritus adhibes ad fe-  
 rendos nuncios tuos: qui spiritibus vteris, ad nun-  
 tiandum quodlibet. Ignem qui velocissimus:  
 vrentem qui efficacissimus.  
 Stabilitatem. Basim, id est centrum mundi.  
 abyssus. Profundum mare, quo terra inito cinge-  
 batur. De Superioribus. Nubibus.  
 Saturabuntur. Imbre copioso. Domus. Nidus..  
 Herodii Ardeae. Pertransibunt sylvas, e late-  
 bris aggressae, concursabunt.  
 Congregati sunt. Reciperunt se in sua lustra.  
 Possessione tua. Rebus a te creatis, quantum es  
 dominus et possessor.  
 Spatiosum manibus. Amplum, in varios sinus, ut  
 manus et brachia diductum.



Draco Balena. Illudendum ei ad luden-  
dum et spatian dum in mari, tanta mole nequa-  
 quam retardatum. - Bonitate Bonis, tibus..

Emittes spiritum tuum. Vita spiri- ( a te datis.  
 tum, aiam, rursus immittos in animalia perge-  
 nerationem nouam, et prouocabuntur alia uialia  
 in locum eorum quæ perierint: eo modo reparabis  
 terram recentibus animalibus in ea productis.

Qui tangit montes. subminibus concutit, uirique

Citemini D. et

## Psalmus CIV.

3. Laudamini in noë s<sup>tu</sup> eius. Gloriamini, gratu-  
 lentur omnes uobis et benedicant, quod Deum tan-  
 tum, tam potentem, tam beneficium habitatis...

Confirmamini. Estote constantes in eo quaerendo.  
Faciem. conspectum, favorem, gratiam; Arcam.

Semen Abraham O Posteri Abraham.  
serui eius... electi. Vos qui estis serui Dei et electi.  
Deus autem... exaudiet.

statuit de Quod uerbum, pactum, promissum sta-  
 bilitate ac uoluit esse instar legis et præceptum, quo  
 se obligaret Jacobo, seu Israeli, idque in perpetuum.

Funiculum hereditatis. Hereditatem. Funiculis me-  
 rebantur agros, et possessiones dividebant.

Numero breui. nempe 70. qui cum Jacobo in A-  
 gyptum demigrarunt. Incola Advena.

De gente in gentem. De chaldaea in Mesopotamiam  
 inde in Chanaanidem, nouissime in Agyptum.

Reges. Achimelech Palastina; Pharaonē Agypt-  
Christos meos. Patriarchas uocat Christos et pro-  
 phetas. Erant nō quasi Reges, et uincti diuina gratia..

Malignari. Vexare illos, malo afficere: nocere.  
Animam.. Ferrea compedes magnum illi dolorem  
 attulerunt: animum grauiter affligerunt.

Verbum eius. Dei decretum de Iosepho liberando.  
 uel ipsius Iosephi uerbum, et predictio de futura sua  
 magnitudine, et gloria. (Genes. 37.)

Eloquium Dni. Spiritus prophetiae, inuasit Iosephum.  
Dimisit. emisit carcere.



Terra Cham - Agypto. Agyptii a Cham filio Noe duce-  
bant originem. Firmavit. Friorem reddidit...

Cor eorum convertit. Agyptios passus est ex amore  
populi sui, ad invidiam odiumque traduci. Permittendo  
illud odium: occasionem illi dando sua in Hebraeos bene-  
ficentia...

Non exacerbatit sermones suos. Non  
irritos fecit. Minas Agyptiis per Moysem denuntiatas  
implevit. Canomyia Kairovia. Omne genus mus-  
carum.

Primitias. Sic vocat primogenitos, propter  
quorum educationem maxime laborant parentes: et qui primos labores pa-  
rentibus afferunt. Verbi sui. Promissionis Abrahamo facta.

Psalmus CV.

Confitemini...

In beneplacito populi tui. Tuere nos consueta erga  
populum tuum caritate: salutem nobis, quam tuis  
cfferre soles, impertire.

Imitaverunt. Te ad iram  
provocant ad littus maris Rubri, cum de tua bonitate ac  
poe diffisi murmurarunt contra Moysen pra metu Agypt-  
tionum persequentium. In ipso vdo mari, quod trepide tra-  
jecerunt, veriti ne ab aquis absorberentur.

Cito fecerunt: Statim, non ita multo post, obliti  
sunt bonitatis et poe divinae. Tertio nimirum post  
mare trajectum die questi sunt quod eos aqua deficeret.

Non sustinuerunt. Non expectarunt patienter exi-  
tum consilii super eos divini, et providentiae, quae illo-  
rum spem et amorem rebus adversis parumper probare  
decreverat.

Concupiscentiam. Carnes avidae petitas.  
Sanctum Dni. Consecratum a Deo sacerdotem. Indi-  
gne ferentis quod Moyses et Aaron soli rerum potiren-  
tur. Lige lib. Num. c. 16. -

In confectione. In media strage: exitio imminente.  
Verbo ejus. Quo promiserat se daturum illis fidram dx.

Ut deiceret. Ut filios et nepotes eorum in varias gen-  
tis dispergeret. Initiati sunt Sacra Beelphegor  
idoli Moabitarum, et caerimonias susceperunt. Is  
Priapus erat: Deus nuditatis, ut vox sonat.

Mortuorum. Deominantium, qui aut nunquam vixerunt,  
aut mortui revera, et nulli jam sunt.

† profligaret at-  
qui humiliaret  
inter impias gentes:  
ut eos...  
†  
Ita quidem Deus de-  
creverat: venum  
Mitigatus penas ab iis  
tantum qui obmurmura-  
verant, repitit non  
ab eorum posteris.



Reputatum est. Judicatus est a deo rem fe-  
 cisse justam: et deo donatus in perpetuum  
 ipse et posteris ejus; summo sacerdotio. Dicitur  
 illud erat habiturus jure primogenitura. R  
 nouo et sanctori titulo illud habere capit.  
 2. sine metu amittendi v. g. p. & sterilitatem.  
 Dicitur 2. fuit aliquandiu in familia Ithamar,  
 unde oriundus Heli: R restitutum fuisse  
 posteris Phineis a Sadoc. III. Reg. 2.

Ad aquas contradictionis. Ita dictas a iurgio populi  
 cum Moysse. Merita factum hinc loco nomen. Num. 20  
Et distinxit in labiis suis. Distincte pronuntiavit de  
 puniendos Hebraeos quia non exterminauerunt gentes, &c  
Fornicati sunt. a deo, ut a legitimo viro adultera, descen-  
 derunt, per prava sua studia, per impia sacrificia, &c  
In consilio suo. Dedita opera: in suis uerbis.  
Testamenti sui. Foderis et pacti cum uis initi.  
Penituit eum. Mutauit decretum de illis perdendis  
 quasi eum penituisset. in New tractat.  
Dedit eos in misericordias. Ipsi conciliavit animos  
 eorum, &c.

Psalmus CVI.

Confitemini...

Congregavit. unum in locum collegit: in tuto locavit.  
civitatis habitaculi. Urbis in qua tuto habitarent  
Umbra mortis. Carcere tenebroso, sicuti fame, &c  
Suscipit. liberavit: quasi porrecta manu, e malis eduxit.  
Absit uerbum suum. Iussit, edixit.  
Posuit desertum. Vice uersa fecit ut loca deserta et arida  
 redundarent aquis, et stagnarent.  
Fecerunt fructum. Agri illi et vineae fructus uberrimos  
 ediderunt. Nati sunt copiosi fructus...

fructum natura  
 sua ac semini con-  
 sentaneum extule-  
 runt.

Psalmus CVII.

Paratum...

Paratum. ad exequenda oia mandata tua. ad te  
 laudandum. In gloria mea. In honore, in se-  
 cundis rebus meis: in cithara qua glorior: in aia mea.  
Exurgam diluculo. Ad tibi psallendum...  
Uaque ad nubem. ad deo sublimis ut eam attingere nulla manus  
 queat.



Exaltare super caelos. Ascende in calorum verticem; inde  
tona, fulmina, &c. Vel, Fac ut tua gloria caelis ipsis altior  
appareat.

In Sancto suo. in Sanctuario, in  
templo, unde edit oracula sua, locutus est Deus et pro-  
misit mihi fore ut dividam inter meos praedam Samariae,  
in qua urbs Sichima: nec non urbem Socoth, qua a  
tabernaculis Jacob ibi quondam in convalle positis, no-  
men habet.

Galaad Regio Galaaditis.

Ephraim susceptio c. m. Populus Ephraim Et protectio ca-  
pitis mei, praecipuum robur mei regni. Hac n. tribus for-  
tis et populosa.

Juda Rex meus. Tribus Juda est

potissima pars regni mei. Est regia Tribus.

Moab sibi s. i. Regio Moabitarum fecundissima, Et instar  
olla plena, unde cibaria populo et militi meo sumam.

In Idumaeam eundem. Profecram victorias meas ut que in  
Idumaeis. Alienigenae. Philistaei. Αλλόγενες.

In virtutibus nostris. Ante nostros exercitus.

# Psalmus CVIII.

Deus laudem..

Laudem meam ne tacueris. Innocentiam meam,  
qua glorior, ne patiaris ignotam esse... illam ostende.

Orabam. Te ut mihi adessis, illis ignosceres.

Constitue super eum peccatorem. Permitte ut scilera-  
tus quispiam, calumniator, adversarius, diaabolos, illos  
vexet. Oratio ejus fiat in peccatum. Instar pecca-  
ti judicem potius imitet, quam leniat. propter indy-  
nitatem et malitiam precantis.

Episcopatum. Praefecturam, dignitatem.

In memoriam. Imputet illi Deus peccata suorum pa-  
rentum, quoad poenam: et ea semper vertentur ante o-  
culos Dei. Fiant contra Divini a evanterior regis.

Compunctum corde. Afflictum, dolore confectum. Morti-  
ficare. Perdere, neci dedere.

Hoc opus. Hac merces operis. Ablatum sum. De medio  
sublatus: extinctus. sicut locustae quae ex arboribus decu-  
fiuntur, et proteruntur. Infirmata s. i. vacillaverunt.

Propter oleum. Quo carebam, ut ungerer ac nitērem. Eam rem.



# Psalmus CIX.

Teum principium. Tunc apparebit tuus princi-  
patus, tunc agnosceris rerum princeps ac dominus, et  
in Supremo die, qui dies gloriae tuae dies erit, quando cir-  
cundatus splendorum. Sanctorum et Angelorum et hominum  
comitatu, adoraberis ut filius altissimi.

## CX.

Confitebor...

Confessio &c. Opera ejus digna sunt laude: co-  
piolam laudanda ejus magnificentia materiam  
praebet. Iustitia ejus. qua in se justus est, qua  
regit orbem ac moderatur, qua servat promissa...

Memoriam fecit. Voluit ut manna esset monu-  
mentum aeternum miraculorum quibus aluit, rexit  
servavit populum suum in deserto: ejus urnam au-  
todiri eam ob rem in arca jussit.

Testamenti sui fidei a se icti cum Abrahamo.  
virtutem. i. xiv, robur, poam...

Redemptionem ab Aegyptiaca servitute.  
mandavit. Statuit ut aeternum esset fides, & i-

Græce est dicitur  
eam, nempe intell-  
igentiam, obveoiv.  
qui opere complent  
id quod intelligunt.

Intellectus. Sapiunt illi vobis qui faciunt eum  
timorem: qui Deum timent. Heb. ea qui Dei man-  
data custodiunt. Laudatio ejus. Timoris, vel ho-  
minis timentis Deum; vel ipsius Dei. +

## CXIII.

In exitu...

+ Eius pro eorum  
Synecdoc.

Domus Jacob.. et in exitu familiae Jacob...  
Sanctificatio ejus. Tunc Judaea, gens Judaeorum  
facta est Sancta ejus possessio: nempe Dei: locus  
ubi Sanctè coleretur; gens a qua Sanctificaretur....

Potestas. Dominium, ditio, regnum.  
Montes &c. Facto terra motu in monte Sinai. Item  
cum scopuli torrentis Arnon excussi opprimerunt  
hostes Israelitarum. (Num. 21.)

A facie. Praesentia, potestate.  
Adjiciat. Majoribus in dies beneficiis vos cumulet.  
In infernum. In sepulcrum. Mortui. Non laudabunt  
ore, ac psalmis, quippe corporis expertes: sed nos....



Psalmus CXV.

Credidi. Me perditum putavi: non emeritum e Credidi...  
tot malis; ideo calamitatem meam dolentis enarra-  
vi cum prope modum et spem humiliatus et afflicus forem.

Excussu. Discessu fuga e regia civitate.  
Quid retribuam. Actum de me putabam, nunc autem adju-  
vante Deo lib. datus sum, emerit e tot malis.

Calicem salutaris. In convivio gratulatorio circumfe-  
rentur p. d. convivis poculum t. t. accepta salutis, ac  
depulsa calamitatis, vinum libabatur...

Prehiosa. Cara est Deo et curae mors bonorum, neque il-  
los perire temere patitur et interfici. Quinimo custodit, etc.

In atris. Ad ostium tabernaculi erant atria et atria  
ibi altare holocaustorum.

Psalmus CXVII.

Itemini D.  
quoniam b...

Quia ultus sum. Abundat quia: neque extat in Grae-  
vel sumitur pro corde, sane...

Non moriar. hostium insidiis et ferro victus..  
Portas iustitiae. Portas templi sancti. Aperite Os sac-  
dotis.

Confitebor tibi Laudabo te, gratias agam  
pro devictis hostibus, a deo regno.

Reprobaverunt. tanquam inutilem aedificio.

Caput anguli. Qui locus lapidem optimum requirit...

Hae dies. Meae inaugurationis, victoria perfecta..

Salvum me fac. Pronomen me abest a codicib. Graecis  
& Hebraicis. Ω σωει οδ σου δν. Salva dne. Vox e  
acclamantis fausta. Hosanna filio David { populi-  
verbum Salvandi in Hebr. fere cum dativo constructur.

Prosperare. Verbum deponens, fortunatum fac, filix sit..

Benediximus.. Ita respondent populo sacerdotis de  
templo ipso, accinentes plebi..

Alluxit Dies scilicet fortunatus. Vel Deus beneficio sin-  
gulari et favore nos prosequitur.

In condensis. comportantes ramos virides, etiam pari-  
mentum consumentes usque ad arcam.

Deus meus et tu. Ips. David psalmum concludit...



# Psalmus CXVIII.

Retribuere servo tuo.. pro tribue, salicet hoc officium ut vivam. Increpasti Superbos.. nempe qui tuas leges violant, aufert a mi op. Quo me vexant inimici mei quia tuas leges servo. Adhaesit pavimento anima mea. Prae tristitia jacui prostratus. vivifica me - In columen me praesta.

Amputa opprobrium m.. libere me ab ignominia quam timui semper, et in quam incidere, si peccarem contra tuas leges, earumque difficultates et molestias arbitraver.

Respondebo.. habito quod respondeam exprobrantibus mihi vanam esse meam in te fiduciam.

Et ne aufeas.. Ne permittas me unquam peccare contra veritatem: diffidere veritati tuae ac promissis verissimis ambulabam in latitudine. Pace, gaudio, libertate. Non confundibar. Non afficiabar metu aut pudore: libere loquebar.

Levavi manus m. Extendi manus ut opere complerem tua mandata.

Memor esto verbi tui.. Promissionis auxilii tui. Hac me.. Hac res, hac promissio tua vitam mihi reddidit quam paene mihi abstulerat maeror...

Iniquae agerant. Iniquae me vexabant.

Cantabiles. Instar gratissima Symphoniae, Hac facta est mihi. Quod nocte recordarer legis tuae, hoc factum est, hoc inde mihi accidit, quod ea nihil habeam antiquius...

Fundus peccatorum. Insidiae, tentationes, a peccatoribus mihi structae. Particeps socii amici?

Coagulatum. Obduratum, obstinatum in odio et iniquitate. Millia auri. Mille pondus auri.

Defeat in salutare t. Prae desiderio auxilii et salutis a te consequenda defeci, animus me

Sicut vlt. Siccus, asper, rugosus. Siquit. non tamen idcirco legis tuae ac fiduciae sum oblitus facies iudicium. Sumus supplicium. Fabulationes. falsa gaudia, ineptos improbosq. sermo-



Consumaverunt me in terra. Panem abfuit quin  
me perderent, abjicerent in terram, et conculcarent.  
Verbum tuum permanet in caelo... Veritas tua.

Dixerunt, quo caelos ahenos esse, semper vobis  
terram permanere, iussisti.

Cum consummatis &c. Nihil est tam perfec-  
tum et consummatum quod aliquando finem non  
habeat: tua vero mandata in omne tempus exten-  
duntur, semper obliant. Latum + n. .....

A mandatis tuis intellexi. Mandata tua fe-  
cerunt me intelligentem et prudentem. Ab his di-  
dia quid sit faciendum, quid fugiendum.

Vivifica me. Salvum me fac: protege me.

Voluntaria &c. Fac ut placeant tibi, a quo et  
grato animo accipe precis, vota quae sponte  
& summa mea voluntate pronuntiaui, et obtuli

Quia mea in manib. m. Semper in magno  
vita disamine caeloque visor. Quam in manu  
velut direptioni expositam, porto.

Ita ditate acquisivi. Instar laetae heredita-  
tis habeo, voloque possidere. Esse ne oportuna  
susape me. Adjuva, sustenta, protege. Quoquum

In bonum. Ut bene mihi sit. promissum.

Oculi mei defecerunt. Caligant intenti in caelum, unde pro-  
missam a te salutem expectant.

Tempus faciendi. Vindictam de impiis. Idcirco quia punis  
transgressores. Os meum aperui. Hiante ore fide sunt  
qui aliquid verum cupiunt. Secundum iudicium. pro aequi-  
tate quam adhibes erga diligentis te...

Ignitum instar metalli purissimi et probe excocti.

Incho cognovi. Ab ineunte aetate.

Iudicium meum. causa meam. Principium. Fundamentum. Fons, norma, lex.

Secundum iud. t. vivifica me Secundum promissiones tuas  
in lege consignatas: aut pro more et aequitate tua sal-

vum me fac. Salutare tuum. Salutem a te dandam.

Judicia t. a. m. Abduas mandatorum tuorum.



119. Sagitta potentis acuta. Lingua maledica  
~~instar~~ Sagittae acutae quam fortis jaculator  
~~foris~~ instar carbonum quae omnia desolant.

Habitantibus cedari. Impiis, crudelibus, quales  
sunt Arabes, quorum regio Cedar appellatur.

121. Cujus participas in idipsum. (Ejus abundat) id est  
cujus bona communiter ab omnibus civibus parti-  
cipantur, et summa cum animorum consensione.

Testimonium Israel. In locum seu domum testi-  
monii, in eadem Sanctuarii.

Sedes super David. Tribunalia et curia judi-  
candi Israelitis (quae domus David) destinata.

124. Non relinquet virgam peccatorum. Sceptrum  
potestatis imperium non tradet impiis ut pios mi-  
nimum vexent, qui socii Domini sunt. Sortem bona, vitam

In obligationes. Vros tortuosos, vafros, eodem  
habebit loco Deus, quo palam operantur iniquitatem.

125. Sicut torrens in Austro. Cito convulset nos, et in  
patriam reducat, instar torrentis, qui summa alevi-  
tate, flante austro, d se obvertit; et omnia, quae obs-  
tant, amovet, exstirpatque.

126. Surgite. Frustra surgetis prima luce ad facien-  
dum opus, nisi Deus laborem vestrum fortunet.

Qui cito igitur, et sedete: tum Deo adjuvante surgite  
et laborate. Sic bene res vobis.

Cum dederit. Cum requierint (obita morte) iusti;  
tunc apparbit haereditas Domini: et in hac ipsa vita,  
cum iis quietem et pacem Deus concesserit, addet fili-  
os, qui eorum edunt haereditatem.

Ita filii excussorum. Vni probi habitum filios sagittis  
sati dissimil similes, excussos, fiduciosos, expeditos, vigiles,  
expeditos.. juvenes..

† Excussos vocat  
vires probos, id  
est exagitatatos  
vixatos, probatos  
vrumnis.. Extre-  
morum perov.  
Alii excussos  
explicant filios  
excussorum, si-  
cut excussos (παι-  
δες) fage d v midea)



Psalmi CXXVIII, CXXX, &c.

Beatus vir. Qui ejusmodi optatissimis filiis abundat, his fructus et stipatus fideliter in judicium consistens prodibit, ab iis nimirum defendendus. 129

De profundis. Subaudi locis, antris et latebris, ubi delitui, Saullem fugiens. Apud te p. est. pronus ad indulgendum. Legem tuam. in qua veniam peccantibus, et opem implorantibus promittis.

In verbo Promissis. A custodia. A Summo mane usque ad extremam noctem. Copiosa redemptio. Multiplex modus homines calamitate liberandi. 130

Sicut ablactatus. Sicut infans a lacte depulsus, sedet mavis super genua sua matris, quia consueto et favori potu caret; sic merebor tractari, et carere divina consolationis lacte, si superbe de me sensero...

Sicut juravit. Memento etiam quomodo juraverit tibi nempe se nullam capturam quietem donec inveniret tunc edificando templo... Si dedero. Subaudi, male mihi sit. 131.

Audivimus eam. Nempe arcam scimus fuisse primo in terra Ephraim, et in Silo: deinde in agro Bethsamitarum, sylvis abundante, prope civitatem Cariathiarim, quae vox significat civitatem Sylvarum: at brevi inducimus illam in templum magnificentissimum. tunc introibimus in Dei Iomum... Age ergo, surge, ubi Dñs in locum quem tibi paramus, et in quo stabilem nanciscaris sedem, cum arca sancta tua. In quo steterunt pedes ejus.

Propitiatorium erat instar scabelli, hinc atque inde inter duos Cherubinos quasi sustentatos, porrecti. In eo sedere fingebatur Deus, et pedes arcae subiectae imponere.

tranquam suppedaneo,

Non avertas. Ne revoces, aut differas dare nobis, quam promisisti Christum, cum mihi jurasti veritatem.

Veritatem jurejurando promisit rem usissimam.

De fructu. Aliquem de filiis & posteris tuis semper in throno tuo ponam, donec veniat Christus...



# Psalmus CXXXI. &c

Si custodierint. Atqui multi non custodierunt  
et tamen sederunt super thronum David?

Hæc requies mea. Verba sunt Dei.

Viduam. Sunt enim vidua vulgo egentis et destituta.

Ejus. Sionis: Hierosolymæ, quam eligi.

Illuc producam. In eam urbem congeram opes, po-  
tentiam .. quibus florabit David.

Lucernam. Gloriam, splendorem. Christo meo Davidi  
per me in regem uncto, et creato ..

132. Sicut unguentum. Talem exhalat fratrum con-  
cordia odorem, qualem unguentum pretiosum Dei.

In oram. .. extremam partem vestis circa collum

Ros Hermon. .. Qui flante vento producit usque in Sion.

Illic. Vbi pax et concordia fraterna viget.

133. Qui statis. Hoc proprie pertinet ad sacerdotis  
In atris. hoc ad populum.

In sancta. Versus Sanctuarium, ubi est Arca.

Tibi. Quicumque Deum bñdicis, Deus bñdicat.

134. Fulgura in pluviam fecit. Post fulgura sequitur vul-  
go pluvia, solutis calore vaporibus, ac decidentibus.

Ventos de thesauris suis. De locis occultis, in quibus  
asservat ventos, ut aurum nos in thesauris.

Sehon. Ege lib. Num. c. 21.

Memoriale tuum. Memoria et fama nominis tui, post tua.

Judicabit populum. Cognoscat ejus causam: iudex pro  
eo contra hostes sedebit. Deprecabitur. Exorabilem se

prebabit. Benedictus ex Sion. Stant ejus laus ab  
Sionis urbe et templo inchoetur.

135. Fecit celos in intellectu. Summa cum sapientia  
Supra aquas. Eminent aquis terra, atq. exstat



virtutem ejus. Exercitum. Suvaviv.  
Flumina Babylonis. Euphratem, Tigrim, et alios hujus regionis  
fluvius. Cum veniret in mentem Sion vastatam, desolatam.  
In medio ejus. Ad ripas Euphratis, qui mediam Baby-

136.

lonis regionem perluit.  
Si non praeosudo. Si de alia re quacumq. plus quam  
de Hierosolyma restitutione latatus fuero.  
Filium Edom Idumaeorum; posterorum Esau, qui  
vocatus quoque fuit Edom. Memento illius crudelita-  
tatis quam in nos adhibuerunt quae die eversa est Hierosale-

Qui dicunt. Qui hortabantur Babylonios ad urbem  
nostram funditus evertendam.  
Filia Babylonis. Civis, natio tota Babyloniorum.  
Alta a longe cognoscit. Superbos sicut e longinquo  
despicit, non se praebet illis familiarem, ab eis recedit.  
Super iram. Contra furorem. extendit. protendit  
manum qua illos conterat & me protegas.  
Dnus retribuet pro me. Nempe reddet meis hostibus  
quod merentur: ut auceatur vicem meam.

137.

Psalmus CXXXVIII.

Dne pro-  
basti me..

Probasti. Explorasti, perscrutatus es.  
Sessionem. Sive sedeam, sive surgam, aut surrecturus  
sessurusve sim, nosti me.

De longe. Ab aethiopia. Semitam meam Viar, actioes.  
Funiculum. Σχοινον, funem, juncum, stercam, lictum  
itaque Hebraice est accubitum meum. Nosti me iter  
facientem, et quietentem, sive cubantem.

Non est sermo. Nampe qui tibi lateat: a te non praevifus.  
Potius s. m. m. ut sigulus operi manum admoveret.

Ex me. Supra me: superat meam intelligentiam  
In extremis maris. Si mane procurrent ab uno maris ex-  
tremo ad alterum pervenero, tanta altitudine, qta Sol.  
Illuio mea Passioe. Mei erit illuio, me prodes, ac

degeget



918.  
detegere. In deliciis m. voluptati indulgentē  
Possidisti renēs m. Notti, et in potestate habes affectus  
dididra, consilia mea...

Suscipisti me. Curam mei g. N. N. N. simul ab  
utero matris effusus sum. Protexisti me. Itib.

Cognoscit nimis. Penitus intelligit esse opera  
tua plane mirabilia.

Occultatum a te. A te ignoratum. Quod fecisti  
Quia omnia ossa mea formasti in penetralibus  
obscuris uteri matris.

Et Substantia mea. Subaudi, non est tibi occulta, quo  
tempore formata fuit in utero, velut obscuro antro terrae.

Imperfectum meum. Corpus inchoatum, necdum perfectum  
Omnes. Subaudi, homines, qui per singulos dies (si quis eas)  
formabuntur, tibi sunt notissimi, et nemo in eis  
tuam sciam fugit.

Mihi autem. Tu quidem hoies oēs nosti, probos et  
improbos; at quia probi magna apud te in pretio et  
honore sunt, ego illos magni aestimo...

Exurrexi. E multis annis ereptus sum, et inter  
illos tuos amicos, tuus adhuc, et tecum, sum.

Si occideris. Quando improbis debita supplicia  
irrogabis, ego ab eis quam longissime recedam.

Quia dicitis. Vos, o homicida, probis exitum ac  
struitis, affirmantes ne illos quidem tutos fore, quamvis  
degant in civitatibus, quas illis, o Deus, ad p. & fugium ac  
tutelam assignasti.

Proba me. Sentare, exmina.

## Psalms CXXXIX

Scandalum posuerunt. Saxa, foveam, offendicula,  
in qua impingerem et corruerem. Insidias struxere.

Ne tradas me peccatori a desiderio meo. Contra,  
præter desiderium meum.

Cogitaverunt contra me. Subaudi, malum, exitia.

Eripe me  
Dño..



Ne exaltentur. Ne superiores evadant, et inde  
superbiant. Caput... Hec summa haeremata,  
insidiarum quibus me circumveniunt (circuitur)  
ut quae cogitant in me, mala perficiant: verum  
labor exitium, quod mihi male moliantur suis ca-  
lumniis et criminationibus labiorum ipsorum in  
eos recidet. operiet eos.

Cadent super eos carbones. Ut olim in Sodoma.  
Verumtamen. Interim: contra vero...  
Habitabunt cum vultu tuo. Permanebunt in tuo  
conspectu, gratia, presidio, securi, latique.

Psalmus CXL. XL1...

Dno cla-  
mavi...

sicut incensum. Tam grata tibi sit oratio mea,  
quam thuris quod tibi adoletur, intra sancta sanctorum.  
Elevatio.. Preces meae, quas elevatis manibus  
fundo, perinde tibi sint acceptae, ac sacrificium  
quod in templo fit vesperi, extra sancta sanctorum  
super altare holocaustorum. Id canebat David exul.

Ostium circumstantia. Ostium circumstantans:  
attentionem et prudentiam qua circumstantias om-  
nes mei sermonis expendam et observem.

Non declines.. Non permittas me peccare amando  
et proferendo sermones malos, aut excusantes  
peccata mea, more atque exemplo improborum. non  
operantibus iniquitatem: quibuscum, et cum eorum  
praesertim proceribus electis nihil mihi volo esse coe.  
excusando, ut illi, mea vitia: quae ab homine proba et mi-  
sericordiae malim corrigi et emendari, quam ab impro-  
po & adulationem, oleum, foudri.

Quoniam.. Certe sermones mei, preces meae contra-  
riae sunt illorum operibus, desideris et displacitis.  
cum intelligam eos citius seriusve male perituros, et



300  
ipsorum iudices, sive princeps, alligatis collo saxi, in mare demergendos et absorbendos. (Præteritum pro futuro ponitur, et certum supplicii generis pro quolibet graviori.)

Juncti petra. Allisi ad scopulos, erupit dejecti. Audient verba mea. Intelligent aliquando hæc mea verba, meam hanc prædictionem non fuisse vanam et irritam, cum dabunt penas dabunt debitas iniqua potentia (quoniam potuerunt:) quam in nos exercuerunt, cum ab eis ita fuimus vexati, et jactati ut jactantur et proscinduntur gliba crassioris ab aratro: et ossa nostra dispersa proxime tu-

In retiaculo ejus. Cadent in retia Dei (multum vindicantis. LXX. עַר אֲשֶׁר עָלְהֶם אֲרָצוֹתָו in sua ipsorum retia incident.

Singulariter sum ego. Etsi solus et omni simi presidio destitutus, tamen evadam illorum insidias. κατὰ νόσας ἐπι...

## Psalmus CXLII. XLII.

In deficiendo. cum deficeret in me animus et præ amore concideret. Et tu e. s. m. Interim tu innocentiam meam cognovisti.

Educ de custodia. De spelunca Odolla. Iusti. proli omnes expectant, optantque me sibi restitui...

142 Inimicus. Abraton. Dierum antiquorum. Revertam olim gestarum, beneficiorum, quæ in me pridem, et in Patres nostros contulisti... Ita me in spem erexi.

143 In terram rectam. In locum tutum, ubi stem recte. Vanitati similis. Est instar umbrae, quæ corporis nihil. Inclina caelos. Deinde caelo, et nubes quibus habet. veheris, terra propius admoue, et inclina.

Tange montes. Emittere fulmina in montes, fulguribus torre meos hostes ac dissipare.

alienorum. A cultu tuo, barbarorum, inimicorum...



Canticum novum. Pro novo liberatois officio.  
Gladio maligno. Hostili. Compositus. Ornatus, dicitur

ut similitudo templi. Instar templi ornatissimi.

Ex hoc Ex uno penu pleno, in aliud vacuum.

Fetore. fronde. Ingressibus suis. Numerosa, cum

ex ovilibus egrediuntur ad pasua.

Neque transitus. Maceria et sepes firmae sunt ac mu-  
nita adeo ut in eorum agras nemini pateat aditus.

Non in fortitudine equi.. Non ideo juvat homines faci-  
lies, quia multo equitate, aut peditatu instructos exeratus  
habent: sed quia prohi sunt ac timentes Deum...

Emittit eloquium. Terra praecipit, ut v. g. frugis ferat.

Crystallum. grandinem, in globulos compactam..

Confessio ejus.. Laus ejus et gloria super caelum terram  
que diffusa est; vel, Superior est caelo, Latior terra...

judicium conscriptum. a Deo prescriptum, destinatum

In virtutib. ejus. Propter varia opera ejus potentia.

Omnis spiritus. Quidquid spirat ac vivit.

FINIS INTERPRETATIONIS  
PSALMORVM.



146.

147.

148.

149.

150.



# Supplementum.

Vbi littera  
S.  
reperitur  
indicabit  
recurrendum  
huc esse ad  
Supplemen-  
tum.

pag. 6. Psalm. 4. versu 6. Multi dicunt  
quis ostendit nobis bona? Objurgat eos quos ad spem  
hortatus erat et sperate in Dno: qui tamen divina Pro-  
videntia et bonitati diffidentes; quis, inquit, nobis  
auxilium istud quod promittis, prestabit, et alia quae  
sperare possumus bona?

Vers. 7. Signatum est. Tanquam signum et vexil-  
lum sublime collocatum: impressum in cordibus et  
corporibus nostris instar signi et nota, quam nulla cala-  
mitas delere debet...

N. 9. In idipsum. Unica illa spe fretus

Psalm. 16.  
N. 14.

A paucis divide eos. Noli eos tractare ut solus  
tractare justos in terra, qui pauci sunt; et ad haec  
tantum sciantur bona, a ruinis purgantur et probantur.  
Largire illis bona temporalia per melicet, quippe qui sunt  
cantum vens et a telis, quae neque credunt, neque curant.

Psalm. 17.  
N. 44.

Constitues me in caput gentium. Facies ut imperitem  
dominorque gentibus, non per vicinis, et inimicis, qualis  
Iebusaei, Philistaei, Ammonitae, Syri, &c.

N. 46.

Mantiti sunt mihi. Exteri populi fama nominis mei, et  
metu percussi, praese tulerunt amicitiam, et voluntariam  
servitutem, licet intus infensi et inimici.

v

Invitaverunt. Eorum opes et vires bellis et victoriis  
meis debilitatae sunt, et conseruerunt: adeo ut pedibus non  
possent insistere, utique notum tenere.

Psalm. 19  
N. 7.

In potentatibus salus dexterae ejus. Tanta salus, tan-  
ta victoria, quantam Deo juvante consequemur, non  
aliter contingere potuit, quam per eximias divinae dexte-  
rae vires. Ibi suam Deus poam explicat. Deus potest salu-  
tem, quamvis difficilem, afferre. Vel: dextera ejus et robur  
requiritur in, seu, contra hostes potentissimos, qui cum ibus et  
equis abundant...

poterit,



Psal. 20  
P. 5.

Vitam petuit ate. David petierat a Deo, cum Rex  
creatus est, ut ei vivere tuto liceret in regno tranquillo..  
forte etiam morbo aliquo tentatus. In seculum.. vel  
de vita ad summam senectutem producta; vel de peren-  
nitate regni in posteris; vel demum de sempiterna felicitate.  
Illud accipiendum est.

Psal. 20



1500  
1501  
1502  
1503  
1504  
1505  
1506  
1507  
1508  
1509  
1510  
1511  
1512  
1513  
1514  
1515  
1516  
1517  
1518  
1519  
1520  
1521  
1522  
1523  
1524  
1525  
1526  
1527  
1528  
1529  
1530  
1531  
1532  
1533  
1534  
1535  
1536  
1537  
1538  
1539  
1540  
1541  
1542  
1543  
1544  
1545  
1546  
1547  
1548  
1549  
1550  
1551  
1552  
1553  
1554  
1555  
1556  
1557  
1558  
1559  
1560  
1561  
1562  
1563  
1564  
1565  
1566  
1567  
1568  
1569  
1570  
1571  
1572  
1573  
1574  
1575  
1576  
1577  
1578  
1579  
1580  
1581  
1582  
1583  
1584  
1585  
1586  
1587  
1588  
1589  
1590  
1591  
1592  
1593  
1594  
1595  
1596  
1597  
1598  
1599  
1600



